BEDA VENERABILIS. HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. VERSUS
Zwettl, Ende 12. Jh. Seite 130v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31712
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



sic ⁊ in horto deliciarum ad fontem uite
transferuntur. Post hec decem legiones pu
gnantium. per decem genera arborum paradysi.
scilicet per cyprum. per nardum. ⁊ reliqua notantur.
quia quarmis decem preceptorum in hac pugna
desudant. ad denarii premium perducuntur.
ad ultimum fons ⁊ puteus in laude ponun
tur. quod euangelium ⁊ lex intelligitur. quia xpc
bellatores suos fluentis legis. ⁊ euangelii
reficit. et laureatos ad refrigerium perdu
cit. Dicit ergo rex uictrici regine:
Quam pulchre sunt mamme tue soror mea.
meliora sunt uberta tua uino. Mamme sunt puel
larum lac non habentium. sed habiles sunt ad lac ha
bendum. uberta uero mulierum lac habentium.
⁊ abbubertate dicuntur. Mamme ecclesie sunt infan
tes in scolis discentes. ⁊ alii in fide rudes.
adhuc lac doctrine sugentes. ⁊ nondum
aliis docendo proferentes. sed ad proferendum
habiles. He mamme ualde sunt pulchre. quia mul
tum deo placent. quia sunt in discendis uirtuti
bus que sunt arma contra uicia studiosi. quibus
quandoque sunt contra hostes dei pugnantes. Uberta uero ecclesie
sunt magistri in utraque lege docti. qui lac doc
trine pueris docendis infundunt. ⁊ eos
ad spirituale bellum nutriunt. Vinum quod
inebriat ⁊ dementat. est scolaris phyloso
phya. que mentes hominum inflat. ⁊ in
iactanciam eleuat. Uberta autem ecclesie meliora
sunt uino. quia doctrina magistrorum de
utraque lege prolata. est utilior. quia in ge
mine dilectione edificat. quam phylo
sophyca doctrina que mentes inflat. No
tandum quod tociens repetit soror ⁊ sponsa.
Per quod datur fiducia ecclesie quod sit coheres xpi.
ut soror fratris. ⁊ consors regni. ut sponsa
regis. Et odor unguentorum tuorum super
omnia aromata. Unguenta ecclesie sunt uirtu
tes spiritualium. qui quasi unguentis uulnera peccatorum
curant. dum eos ad uirtutes informant. aro
mata sunt quedam odoramenta ex multis speciebus
ad condienda mortuorum corpora confecta. sed sunt super
sticiosa. quibus quam maxime iudei utebantur.
per que carnales obseruantie supersticiose no
tantur. Odor unguentorum est fama uirtutum spiri
tualium. ex karitate orientium. uel opinio operum
que fiunt per spiritum sanctum. Hic odor est super omnia aroma
ta. hoc est magis deo placet. quam omnia legis
sacrificia. que fuerunt horum figura. Hec ideo in
cantico amoris introducuntur. quia pagani conten
debant cum xpianis de phylosophya. ⁊ iudei
de legali obseruantia. xpiani confide
bant in sola gratia diuina. Phylosophy affir
mabant salutem hominum constare in studio
sapientie. iudei certabant constare in religio
ne legalis obseruantie. xpiani testabantur
eam constare in fide diuine gratie. Hanc senten
tiam sponsus uidet. approbat. illorum contentio
nem reprobat dicens. Meliora sunt uberta tua uino.
hec est melius est studium in sacra scriptura quam queritur gratia.
quam in phylosophya quam arbitrium sine gratia non
operatur salutem. Et odor unguentorum tuorum super
omnia aromata. i. magis in placent doctrine.
⁊ uirtutes spiritualium. quam omnes traditiones phariseorum.
Fauus distillans labia tua sponsa. ergo carnalium.
Labia ecclesie sunt illi. qui aliis doctrinam narrant. quia
ipsi de uberibus matris ecclesie suxerant. Hec labia
ut fauus distillant. dum dulcem doctrinam quam
a magistris hauserant auditoribus dulciter
instillant. Fauus est mel in cera. Mel autem in
cera. est spiritualis intelligentia latens in littera.
Sed fauus distillat. dum dulcis allegoria de
littera manat. aliter. In fauo mel latet. ce
ra uidetur. sic fragilis caro uidetur in qua sapientia
ut mel in cera absconditur. Mel ⁊ lac sub lingua
tua. Lingua est interpres cordis. quia quod cor